

Salve, Mater misericordiae

**R/ Salve, Mater misericordiae,
Mater Dei, et mater veniae,
Mater spei, et mater gratiae,
Mater plena sanctae laetitiae,
O Maria !**

**1. Salve decus, humani generis,
Salve Virgo, dignior ceteris,
Quae virgines, omnes transgredieris,
Et altius, sedes in superis,
O Maria !**

**2. Te creavit, Deus mirabilem,
Te respexit, ancillam humilem,
Te quaesivit, sponsam amabilem,
Tibi numquam fecit consimilem,
O Maria !**

**3. Te beatam, laudare cupiunt
Omnes justis, sed non sufficiunt,
Multas laudes, de te concipiunt,
Sed in illis prorsus deficiunt,
O Maria !**

**4. Esto, Mater, nostrum solatium,
Nostrum esto, tu Virgo gaudium,
Et nos tandem post hoc exsilium,
Laetos junge choris caelestium,
O Maria !**